

- 12 You have now come to the end of *Latin for Reading*. Here for good measure, is an extra passage from the beginning of the journey.

The Argonauts in Phrygia

Rēx Pēliās Jāsonem et quī eum secūtī sunt hortātus est ut fortī animō ad id, quod cōnārentur, perficiendum īrent. Jāsōn, cum ad Phrygiam vēnisset, nāvem ad litus appulit. Laōmedontī, rēgī Trojānōrum, nuntiātum est nāvem aliēnam ad lītus appulsam esse.

Laōmedōn, ubi certior factus est quid accidisset, nē sibī nocerētur veritus est. Mīsīt igitur ad portum lēgātōs quī jubērent Graecōs ē finibus suīs excēdere. Sī nōn parērent, sē armīs eōs ējectūrum minātus est. Graecī arma nōn exspectanda esse arbitrātī, inde quam celerrimē fūgērunt. Nē Argonautae quidem semper resistere audent.

Vocabulary

aliēnus, -a, -um foreign

appellō, -ere, -pulī, -pulsum drive to, bring to

certior facere to inform

cōnor, cōnārī, cōnātus to try, undertake

excēdō, -cēdere, -cessī, -cessum to go out, depart

ēiciō, ējicere, ējēcī, ējectum throw out, eject

inde adv. from there

lēgātus, -i, m. messenger

minor, minārī, minātus est threaten (a verb of saying)

nē . . . quidem not even (negates word or phrase between the nē and the quidem)

portus, portūs, m. harbor, port, haven

quam + superlative as ___ as possible